



Nr. 238  
181

Einführung  
wurde von namen der  
Verstorbene!

LESSVS,

<sup>QVO</sup>  
OBITVM

VIRI REVERENDISSIMI, PERILLVSTRIS  
ET GENEROSISSIMI,

# DNI. HENRICI APLATEN,

AB ARCANIS SERENISSIMI REGIS PRVS.  
SIE CONSILIIS, SVMMI COLLEGII MAVRITIANI  
DECANI SPECTATISSIMI, COLLEGIORVM SSS.  
SEBASTIANI, NICOLAI ET GANGOLPHI PRÆ-  
POSITI AC THESAVRARII LONGE

DIGNISSIMI,

HEREDITARII IN DEMMERTIN, FRIDEBVRG,  
BOENIKENBECK ET INFER. DODELEBEN,

CVM

A. D. XVIII. DEC. MDCCXXXIV. ÆTATIS A. LXXXI.  
SPIRITVM DEO PLACIDE REDDIDISSET,

IPSÆ VERO EXEQVIÆ

MAGDEBVRGI XXIX. MART. A. MDCCXXXV. SOLENNI  
POMPA HABERENTVR,

VENERABILEM SENEM, *Ni 238*

NOBILITATIS MAGDEBVRGICÆ ORNAMENTVM,  
SVI ORDINIS DECVS  
DEBITO PIETATIS AFFECTV TRISTISSIMA QVE  
MENTE PROSEQUITVR

CAPITVLVM ECCLESIAE COLLEGIATÆ  
AD D. SEBASTIANVM.

---

MAGDEBVRGI,  
LITERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI.



ui Cedrus fueras insignis in ordine  
nōstro,  
Ferales tandem generose PLATENE,  
cupressos

Ponis, & horrentes nobis heu! colligis umbras.

Nempe SCHVLENBVRGI (\*) vestigia clara  
secutus,

Par meritis & honore, sacrum bene munus obi-  
bas,

Nominis ut splendore tui, factisque fideque,  
Quas amat Eusebie laudes, nil dulcius esset.

Hinc sibi Præpositum coluit Te nostra corona,  
Octo lustra tuis virtutibus usq; nec unquam  
Sternendas alte succrescere vident avenas.

---

(\*) ARNSTEDTVS in summo Collegio PLATENII fuit antecessor,  
SCHVLENBVRGIVS in Cap. Eccl. Coll. ad D. Sebastianum.

Tu bene verbenis cinxisti lauriger aras,  
Ac melius, quam Græca manus Romanaque  
norat.

Quos ignes tua dextra dabat? Quæ thurea dona?  
Nam tua mens, nostris sociata laboribus, omnes  
Implevit numeros, & vincula fecit amoris  
Tam bene nixa, dies ut nulla hæc eximat ævo.  
Fulminat in nostris, postquam Te fata tulerunt  
Præsidium nostrum, tua laus & gloria templis.  
Et semper stabit monumentis clara superstes.

*FORTVNATE SENEX,* Tu nunc tua  
fidera condis;

Sed liquidi flevere lacus, Dryadesque puellæ,  
Te nemus omne canet linguis, & spumifer Al-  
bis.

Nos tua præcipuis cumulamus busta querelis,  
Partimur lacrimas, & portio cuique dolorum  
est,

Illustres obitus & magni nominis umbram  
Magno cum gemitu cumulantes, adsumus una.  
*Dulces exuviae*, quas excipit urna, valete.  
Spiritus in cœlis habeat pietatis honores,  
Exultans propiore Deo sociisque beatis.

Nos decus ablatum, privati lumine tanto,  
Lugemus, tristemque hiemem metuisse necesse  
est,  
Ni veniat majus columnen fortunaque cœlo.  
Nam LEOPOLDVS adest, venietque GEOR-  
GIVS alter, (\*)  
Spem nostram recreans, Jam moesta quiesce  
querela:  
Ite graves curæ: Subscriptant numina votis!

(\*) Georgius Anhaltinus fuit ante CC. annos Praepositus summi  
Collegii Mauritanici, Princeps omni laude major.





ALVENSLEBEN  
Ni  
238

# LESSVS,

QVO

OBITVM  
DISSIMI, PERILLVSTRIS  
ENEROSISSIMI,

HENRICI  
ATEN,

RENISSIMI REGIS PRVS.  
MI COLLEGII MAVRITIANI  
TISSIMI, COLLEGIORVM SSS.  
OLAI ET GANGOLPHI PRÆ-  
THESAVRARI LONGE  
DIGNISSIMI,  
DEMERTIN, FRIDEBVRG,  
K ET INFER. DODELEBEN,  
CVM  
DCCXXXIV. ÆTATIS A. LXXXI.  
O PLACIDE REDDIDISSET,  
VERO EXEQVIÆ  
MART. A. MDCCXXXV. SOLENNI  
A HABERENTVR,  
ABILEM SENEM, *Ni 238*  
DEBVRGICÆ ORNAMENTVM,  
RDINIS DECVS  
S AFFECTV TRISTISSIMA QVE  
TE PROSEQVITVR  
ECLESIAE COLLEGIATÆ  
SEBASTIANVM.

MAGDEBVRGI,

LITERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI.

